



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum possint immutare partem anime cognoscitiuam, quantum ad vim
sensitiuam interiorem, vel exteriorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ne natura, siue secundum illos qui dicunt quod dæmones non fuerunt ex illis superioribus angelis: sed ex illis, qui præficiuntur a Deo huic terrestri ordini secundum proportionem suæ naturæ: siue etiã hoc eis conueniat ex pœna peccati, propter quam sunt detrusi a cœlestibus sedibus in hunc aerem secundum Gregorium, qui ponit aliquos de supremis angelis per peccatum cecidisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod motus localis est perfectior propter perfectionem mobilis, in quo secundum ipsum fit minima variatio.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima humana infimum gradum tenet in ordine substantiarum spiritualium. unde non habet virtutem mouendi corpus, etiam localiter nisi proportionatum sibi per hoc quod est viuificatum ab ea.

AD TERTIVM dicendum, quod dæmonis ad corpus nõ est cõtractus corporalis: sed virtualis, quod dem requirit conuenientiam proportionis mouëtis ad mobile.

AD QVARTVM dicendum, quod corpora cœlestia excedunt proportionem virtutis dæmonum, vel propter conditionem naturæ, vel propter damnationem culpæ: ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod motus naturales inferiorũ corporũ depêdent ex motibus cœlestiũ corporum, & causantur ab eis: possunt tamẽ aliqui motus fieri in inferioribus corporibus ex aliquis aliis causis, puta, ab ipso homine per voluntatem, & eadem ratione a dæmone vel angelo: quamuis dispositio corporum secundum quam sunt susceptiua talis motus, aliquoter a corpore cœlesti dependeat.

AD SEXTVM dicendum, quod alii motus oēs naturaliter pueniẽtes, causantur ex motibus localibus celestiu corporũ: nõ aut ex quibuscunq; aliis localibus motibus. Nec tamẽ si per motus locales aliquorũ corporum dæmones secundũ alios motus corpora transmutent, hoc faciunt propria virtute: sed magis virtute corporum localiter ab eis motorum.

AD SEPTIMVM dicendum, quod nihil prohibet dicere corpora, quod mouëtur localiter a dæmonibus per violentiam moueri: sicut et cum mouentur ab hominibus.

AD OCTAVVM dicendum, quod idem est naturalis motus totius & partis: non tamen eadem vis sufficit ad mouendum totum, quæ mouet partem. unde licet dæmones possint mouere aliquam partem terræ, nõ sequitur quod possint mouere totam terram: quia hoc nõ est proportionatum naturæ ipsorum, ut mutant ordinem elementorum mundi.

ARTICVLVS XI.

Utrum dæmones possint immutare partem animæ cognoscitiuam, quantum ad vim sensitiuam interiorem.

IN VICESIMO queritur, utrum dæmones possint immutare partem animæ cognoscitiuam, quantum ad vim sensitiuam interiorem vel exteriorem, & videatur quod non. Dicit enim Aug. 11. de Trin. quod vitio tam corporalis quod imaginaria sit per aliquam formam. Forma autem, quæ est in sensu vel imaginatione, est nobilior quam forma corporalis, cuius est similitudo, ut patet per Aug. 3. super Gen. ad literam. Cũ igitur dæmones non possint imprimere in materiam corporalem formas corporeas, ut supra ostensum est, multo minus videtur quod possint immutare sensum, vel imaginationem ad aliquid cognoscendum.

¶ 2 Præt. Sentire & imaginari sunt opera vitæ: sed oia opera vitæ sunt ex principio intrinseco, quod animal viuut. Cum ergo dæmon sit principiu extrinsecum, videtur quod non possit mouere hominem ad

aliquid imaginandum vel sentiendum. Sed dicendum, quod dæmon mouet sensum & imaginationem, non quidem imprimendo nouas species, sed species præexistentes in spiritibus sensituius reducendo ad organum imaginationis vel sensus.

¶ 3 Sed contra, Aug. dicit in 11. de Trin. quod ad videndum quacumque visione exigitur intentio, quæ coniungat speciem uisibilem ipsi potentie uisive. Intentio autem pertinet ad uim appetitiuam, quæ dæmon mouere non potest: quia sic hominem cogeret ad peccandum, cum in appetitu consistat peccatum. Non ergo per hoc, quod reducit formas ad organum sensus vel imaginationis, potest mouere hominem ad hoc quod sentiat, uel imaginetur.

¶ 4 Præt. Sicut se habet species intelligibilis ad intellectum, ita se habet phantasma ad imaginationem. Cõtingit autem quandoque, quod species intelligibilis præsentialiter est in intellectu: nec tamen intellectus actu intelligit, ergo uidetur quod licet dæmon reducat ad organum imaginationis phantasma siue formas imaginatas, non propter hoc facit hominem imaginari.

¶ 5 Præt. Hmõi formæ in spiritibus sensituius, aut sunt in potentia, aut sunt in actu. Non autem uidetur quod sint in actu, quia forma rei cognita non uidetur esse actu in cognoscente: nisi dum actu cognoscitur. Si autem sint in potentia non poterunt mouere organum imaginationis uel sensus, quia nihil mouetur ab eo quod est in potentia: sed solum ab eo quod est in actu, ergo per reductionem spirituum ad organa sensus uel imaginationis, non potest dæmon mouere hominem ad apprehendendum aliquid sensu uel imaginatione, nisi prius hmõi formas de potentia in actu reducerit: quod uidetur facere nõ posse eadem ratione, qua non potest mouere materiam corporealem ad formam.

¶ 6 Præt. Secundum Augustinum in 3. de Trin. dæmones in rebus corporalibus operantur per quedam naturalia semina, quæ sunt agētia naturalia: sed actuum naturale quo nata sunt moueri sensus & imaginatio, est corpus exterius obiectus, ergo uel quibusque huiusmodi corporis obiecto, non possint dæmones imaginationem, uel sensum hominis mouere.

¶ 7 Præt. Aug. dicit in 18. de ciuit. Dei, quod operatione dæmonum phantasticum hominis, ueluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis. Ex quo uidetur, quod pari ratione nihil aliud dæmon possit sensibus hominum ostendere: nisi per modum incorporationis.

¶ 8 Præt. Sensus est potentia passiuæ: omne autem passiuum mouetur ab actu sibi proportionato. Actiuum autem proportionatum sensui est duplex, unum quidem quali originans, scilicet obiectum; aliud autem quali deferens sicut medium: sed dæmon cum sit incorporeus, nõ potest esse obiectum sensus, neque etiam medium, ergo uidetur quod nullo modo possit mouere sensum.

¶ 9 Præt. Si dæmon mouet vim cognoscitiuam interiorem, aut hoc facit se obijciendo uirtuti cognoscitiuæ, aut hoc facit immutatio ipsam. Nõ autem hoc facit se obijciendo, quia oporteret quod uel assumeret corpus, & sic nõ posset interius ingredi ad organum imaginationis, cũ duo corpora nõ sint simul in eodẽ loco. Neque etiã assumendo phantasma, quod etiã esse nõ potest, quia phantasma non est sine quantitate. Dæmon autem omni quantitate caret. Similiter etiã nec hoc potest facere immutatio, quia aut immutaret alterando, quod uel non posse facere: quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas, quibus dæmones

Qd. dist. S. Tho. AA 4 carcat

Lib. 11. c. 6. & 4. tom. 3.

Lib. 3. cap. 6. tom. 1.

Lib. 18. c. 15. circa med. tom. 3.

carent: aut imputaret transformando, siue locali
ter mouedo, quod vñ esse in duobus rōnibus.
Primo quidem, quia transformatio organi nō
posset fieri sine sensu doloris. Secundo, quia secūdu
hoc dāmon nō ostenderet homini nisi nota: cū tñ
Aug. dicat, q̄ ostendit homini formas, & notas &
ignotas. ergo vñ q̄ daemones nullo modo possint
immutare imaginationem, vel sensum hominis.

¶ 10. Præt. Secūdu Philoso. in 7. Phyl. Transmuta
tio phātasmatum impedit intelligibilem cognitiō
nem veritatis. Si ergo dāmon possit transmutare
hominis phantasiam, sequitur q̄ possit eum impe
dire totaliter ab omni cognitiōe veritatis.

¶ 11. Præt. Agens proximū oportet esse cōiunctū,
quia mouens, & motū sunt simul, vt probatur in 7.
Phy. sed dāmon nō pōt esse coniunctus interiori
phantasia, quia super illud Abacnc. 2. Dñs in rēplo
sancto suo, dicit glo. Hieronymi, q̄ dāmon nō pōt
intra idolum esse: sed exterius aliquid operatur, &
multo minus inera corpus humanū. ergo vñ q̄ nō
possunt phantasiam immediate mouere.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in li. 83. quæst. Ser
pit hoc malū, s. dāmonis per oēs aditus sensuales,
dat sese figuris, accommodat coloribus, adhæret son
nis, odoribus se subicit, infundit saporibus. sed per
huiusmodi, sensus immutantur, ergo videtur q̄ dā
mones possint sensus humanos immutare.

¶ 2. Præt. Aug. dicit 18. de ciu. Dei, q̄ transmutatio
nes hominū in animalia bruta, quæ dicuntur arte de
monū factæ, nō fuerunt secundum veritatē, sed so
lum secūdu apparentiam, hoc autē esse nō posset, si
dāmones humanos sensus trāsmutare nō possent,
pñt ergo humani sensus per dāmones transmutari.

RESPON. Dicendum, q̄ euidentibus indicijs, &
experimentis apparet, q̄ operatione dāmonū ali
qua sensibilibus hominibus ostenduntur. Quod q
dam quandoq; fit per hoc, q̄ dāmones aliqua ex
teriora corpora humanis sensibus exhibēt, vel quæ
præexistunt a natura formata, vel quæ ipsi formant
per naturalia femina, sicut ex supradictis patet. &
hoc non habet aliquam dubitationē. naturaliter
enim humani sensus ad præsentia sensibilibus cor
porum immutantur: sed quandoque dāmones ali
qua faciunt hominibus apparere, quæ in rerum ex
teriorum veritate non subsistunt. & hoc habet du
bitationem qualiter fieri possit. Quam quidē Aug.
tangit 12. super Gene. ad literam, ponens tres mo
dos, quorū altero necesse est, vt hoc fiat. Cū, n. p
mississet, q̄ quidam volūt animam humanam habe
re vim quandam diuinationis in seipsa (quod vñ cō
gruere opinionibus Platoniorum ponentiū animam
omnium scientiam habere ex idæarum parti
cipatione) excludit hanc opinionē per hoc: quia
si in sua potestate anima hoc haberet, semper pos
set homo diuinare cum veller: quod patet esse fal
sum. Relinquitur ergo, q̄ indigeat ad hoc ab aliquo
extrinseco adiuuari, non quidē a corpore: sed a spi
ritu. Quæritur autē vterius quomodo anima iuuef
a spiritu ad aliqua videnda, vtrū. s. in corpore sit ali
quid, vt inde quasi relaxetur, & emittatur eius intē
tio quo in id veniat, vbi in seipsa videat significātes
similitudines, quæ ibi iam erant, nec videbantur, si
cut multa in memoria, quæ non semper intue
mur: an sūt illæ quæ ante non fuerūt, & subdit ter
tium, & emergens ibi eas videt. sed horū trium hoc
tertium est omnino impossibile. Anima. n. humana

secundum præsentis vitæ statum non potest
tum eleuari, vt ipsam essentiam spirituales
poreæ substantiæ videat: quia in statu præsentis
non intelligimus absque phantasmate, per
cognoscere non possumus de aliqua spirituale
stantia quid sit. Multo autem minus potest
re species intelligibiles, quæ sunt in mente
substantiæ: quia quæ sunt hominis, nemo non
spiritus hominis qui in ipso est, & qui quæ
relleculari cognitiōe animæ humanæ. certum
q̄ imaginaria eius visio, vel sensuales multo
eleuari potest ad videndam incorporeā
& species in ea existentes, quæ non sunt
biles. Cum ergo postea Aug. subdit q̄ dāmon
vtrum aia videat in seipsa, an per alterius
missionem, est intelligenda commissio, nō
q̄ anima spiritali substantiā videat: sed
q̄ circa eam spiritalis substantia aliquid
vt intelligatur permissio per effectū spiritali
stantiæ: non autē per ipsam eius substantiam
rum, quæ in ipsa sunt. Similiter et secundum
trium modorum esse non pōt, vt
uo in aia, quæ ante non fuerat. Non enim
mon influere novas formas in materia corp
sicut ex prædictis patet. Vnde nec per cō
sensum & imaginationē, in quibus nihil recipit
organo corporali. Vnde relinquitur primū
brū, vt saliquid præexistat in corpore, quod
dam transmutationē localem spiritū & hinc
ducitur ad principia sensualem organum
videat ab aia imaginaria vel sensuali
est enim supra, q̄ dāmones virtute proprio
caliter corpora mutare. Ex transmutatio
cali spirituum & humorum et fm nature
nē cōtingit aliqua fm imaginationē vel
deri. Dicit enim Philo. in lib. de Somno
assignans cām apparitionis somniorū, q̄
dormierit, descendēte plurimo sanguine
i
pium sensitiuum simul descendunt motus
pressiones relicte ex sensibilibus motionibus
spiritibus sensibilibus conseruantur, & ma
cipium apprehensiuum: ita q̄ aliqua app
runc principium sensitiuū a rebus illis
immutaretur. & per hunc modum dāmon
sunt immutare imaginationem & sensum
lum dormientium, sed etiam vigilantium.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ dāmon
possunt nouam formam imprimere in org
porea sensuum: possunt tamen formas in
sensibilibus conseruatas aliquo modo trā
vt secundum eas aliqua apparitiones fiant.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ operatio
dum q̄ egreditur a potentia, est semper a
intrinseco: sed secūdu q̄ procedit ex obiecto
esse a principio extrinseco, sicut visio cau
bili. & hoc modo immutatur sensus a dāmon
sper aliquam exhibitionem obiecti.

AD TERTIVM dicendum, q̄ intētio est virtus
titiaæ actus. Quæ quidem est duplex. Vna
quæ quidē est virtus organi corporei, vnde
eius actus ab aliqua corporali trāsmutatio
ri: sicut ex aliquo corporali appōsito vel
appetitus sensitiuus mouetur ad aliqđ
vel fugiendum. & hoc modo dāmones possunt
mutare appetitum sensitiuum ad aliqua
dum. Alia autem est vis appetitiua in dāmon
licet uoluntas, quæ quia non habet organum

In lib. de spi
ritu & ani
ma cap. 20.
p. 107.

Lib. 7. a cō
10. ad 13. 10.
9.

Hieron. sup
hunc locū. &
gloss. inter
lin. hic.

Q. 12. in prin
p. 10. 4.

Lib. 18. c. 18.
p. 10. 5.

Art. 9. & 10.
& in isto ar
tic. arg. 9.

Lib. 22. c. 17.
18. & 19. 13.

porale nō immutatur ex corporali immutatione, nisi dispositiue. Efectiue autem mutari pōt, uel ab ipso hoīe s̄m q̄ voluntas mouet seipsam, uel a Deo qui interius operat̄. Vnde s̄m hoc daemones non possunt mouere aīam ad aliquid intendendum.

AD QVARTVM dicendū, q̄ ad hoc q̄ hō actu cōsideret s̄m spēs, quā habitualiter in intellectu existunt, requiritur intentio voluntatis. Nam habitus est quo quis agit cū uoluerit, ut d̄r in 3. de aīa. & similiter per intentionem appetitus sensitiui continet, q̄ actu aīal imaginatur ea quā prius in memoria conseruabantur: pōt autem & hoc in homine fieri per intentionem appetitus intellectiui, secundum quod appetitus superior mouet inferiorem.

AD QVINTVM dicendū, q̄ species quā preexistit in organis sentiendi medio mō se habent interactū p̄fectum, & potentia parā, sicut & spēs quā habitualiter existunt in intellectu, & per solam intentionem appetitus reducuntur in actum p̄fectum.

AD SEXTVM dicendū, q̄ apprehensio sensitiua hoīs nata est immutari, sicut a proprio moriūo duplicit̄. Vno modo s̄m aliquid moriūo exterioris, quod quidem fit s̄m motum a rebus ad animam: alio modo, s̄m aliquid interioris motiūo, quod quidem fit s̄m motum ab anima ad res, & utroque motiūo daemones uī potest, ad immutandum hominis imaginationem uel sensum.

AD SEPTIMVM dicendū, quod uerbum illud Aug. non est sic intelligendum, q̄ ipsam vim phantasticam hominis, aut etiam speciem in ipsa cōseruata alicui corpore circūdet, ut sic ipsam sensibus aliorum obijciat. sed quia ipse daemones qui speciem & imaginationem alicuius hominis format, aliam similem speciem, uel corporaliter exterioris aliorum sensibus obijcit, uel intrinsecus in eorum sensibus similem speciem operatur.

AD OCTAUM dicendū, q̄ daemones immutat potentiam imaginatiuā, uel sensitiuā hoīs, non quasi ipse se exhibeat mediū, uel obiectū: sed inquantū propriū subiectum sensitiuā, uel imaginatiuā uirtutis accēdit ad ipsam, ut supra dictum est.

AD NONVM dicendū, q̄ daemones nō immutat potentia sensitiuā & imaginatiuā se ei obijciendo, ut offensum est: sed eam transmutando, non quidem alterando, nisi quantum ad motū locale: quia non pōt de se imprimere nouas species, ut dictum est. Immutat autē transmutando siue localiter mouendo, non quidē substantiam organi diuidendo, ut sic cōsequatur sensus doloris: sed mouēdo spiritus & humores. Quod autem ulterius obijciatur, q̄ sequitur q̄ secundum hoc daemones nō possit aliquid nouū homini demonstrare secundum imaginariā uisionē, dicendum est, q̄ nouum aliquid potest intelligi dupliciter. vno modo totaliter nouum & secundū se, & secundum sua principia. & secundum hoc daemones nō pōt aliquid nouū homini, secundum uisionē imaginariā demonstrare. Non enim pōt facere q̄ cæcus natus imaginatur colores, uel q̄ surdus natus imagine sonos. Alio modo, d̄r aliqd nouum secundum speciem totius, puta, si dicamus esse nouum in imaginatione, quod aliquis imaginatur montes aureos quos nūquam uidit. Quia tamen uidit & aurū & montem, potest naturali motu imaginari in hoīe phantasma aurei mōis. & hoc etiam modo daemones potest aliquid nouum imaginationi offerre, s̄m diuersas cōpositiones motuū & specierum, quasi quorundā seminum in organis

A sensibilibus latentū, quorū uirtutē ipse cognoscit. Ad x. dicendū, q̄ sicut Aug. dicit in li. de Tri. Multa daemones possunt uirtute sua natura, quā non possunt propter prohibitionem diuinā. dicendū est ergo quod daemones possunt uirtute sua natura phantasmata perturbando, totaliter intelligibilem cognitionem hominis impedire, sicut patet in arreptijs: non tamen semper hoc facere permittuntur.

AD XI. dicendū, quod quia angelus bonus uel malus ubi operatur, ibi est secundum Dam. conseruens est, quod quando daemones humores & spiritus commouet ad aliquid ostendendum, quod ibi existat. Quod autem dicit Hierony. quod daemones non est intus in idolo, non est intelligendum quod non possit intus esse in idolo: quia cum sit spiritualis substantia, non impeditur corpora penetrare: sed intelligitur quod non est in idolo, sicut anima in corpore, ut ex idolo & daemone fiat aliquid unum, sicut Gentiles arbitrabantur.

ARTICVLVS XII.

Utrum daemones possint immutare hominis intellectum.

AD DECIMO quæritur, utrum daemones possint immutare hominis intellectum. & uideatur quod non. Intellectus enim hominis comparatur Soli, secundum illud quod dicitur Sap. 5. ex persona impiorum, Sol intelligentia non est ortus nobis: sed daemones non potest immutare solem uisibilem: ergo multo minus potest immutare intellectum humanum.

¶ 1 Præ. Nihil transmutat, nisi quod est in potentia: sed anima humana est in actu completo quātū ad intelligibilia, & ē quātū ad imaginabilia. Dicit. n. Aug. 12. super Gene. ad literam. Quā uis prius uideamus aliquod corpus q̄ antea non uidebamus, atq; inde incipiat imago eius esse in spiritu nostro, q̄ illud cum absens fuerit recordemur: tamen eandem eius imaginē, nō corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit. & in 10. de Trin. dicit, q̄ anima imagines corporum conuoluit, & rapit facta in semetipsa de semetipsa. ergo uidetur quod non possit intellectus hominis a daemone immutari.

¶ 2 Præ. Magis appropinquat intellectui humano uis imaginatiua q̄ demones, quā uis imaginatiua radica in eadē essentia aīe: sed uis imaginatiua nō pōt immutare uim intellectiua hoīs, quā immateriale non immutatur a materiali. ergo uidetur quod daemones non possit intellectum hominis immutare.

¶ 3 Præ. Intellectus se hēt ad intelligibilia, sicut materia ad formā, que fit in actu per formas, sicut intellectus p̄ intelligibilia: sed si aliqua materia sit que hēt aliquam formam semp̄ sibi p̄sentem, nunquā potest immutari ad aliam formā: sicut patet in corpore cœlesti. Intellectus autē humanus hēt aliquod intelligibile semp̄ sibi p̄sens. sc̄ seipsum: quia ipse sibi intelligibilis est. ergo nullo modo daemones potest eum immutare ad aliquod intelligibile.

¶ 4 Præ. Intellectus p̄prie immutatur a docente, q̄ reducit ipsum de potentia in actum, ut patet per Philo. in 8. Phisic. sed solus Deus interioriter docet, ut patet per Aug. in lib. de Magis. ergo uidetur q̄ daemones non potest interioriter intellectum immutare.

¶ 5 Præ. Intellectus immutatur per illuminationē, sed illuminare intellectum humanū cōpetit Deo, qui illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundū, ut dicitur Ioan. 1. non autem conuenit daemones, quia nulla est conuentio lucis ad tenebras, ut dicitur

Lib. 1. cap. 9. tom. 3. D. 446.

Li. 1. cap. 17. & lib. 1. c. 9.

Lib. 12. cap. 16. a. media tom. 2.

Li. 10. cap. 6. circa finem tom. 3.

Lib. 8. com. 32. tom. 3.

In li. de magistro. c. 11. 13. 14. to. 7.